

prepositure scarensis longis retroactis temporibus, adeo diminutj et attenuatj sunt paulatim, quod prepositus qui pro tempore fuerit secundum decenciam status sui sine reddituum reintegracione honeste non poterit se tenere, Nos diminucionem prouentuum huiusmodi sicut iuri satis est consonum, modo quo possumus supplere volentes, de consilio et assensu capituli nostri, Ecclesiam jn etlæskogh, parochianis eiusdem ecclesie consencientibus, dicte prepositure vnimus et annectimus pleno iure, Assignata vicario perpetuo quem ibidem jnstituimus, tam de redditibus prepositure quam ecclesie, predictarum, congrua et sufficientj porcione, sicut in litteris nostris super hoc specialiter confectis, expresse continetur, Ne igitur super ane-xione seu vnione predicta, aliqua possit jn posterum dubietas suborirj, sigillum nostrum et sigillum capituli nostri presentibus sunt appensa ad eu-idenciam plenioram. Datum høgñæthorp. anno domini. M^o. CCC^o. Nono, se-cunda die sýnodi.

På frånsidan: De ætlæskogh qualiter sit annexa prepositure.

Sigillen obetydligt skadade.

1602.

1309 d. 7 Jan.

Riseberga.

INGRID ANDERSDOTTERS testamentariska anordning af gården Mo och sin andel i Honastum till Riseberga kloster för sina, sin broder Folkes och sin son Carls synder.

A. 3. n.

JN nomine patris et filij. et spiritus sancti. amen. Ego. JNGRIDIS. AN-DREE FILIA. Considerans et ingemiscens fragilitatem meam ponens eciam ante oculos cordis. extreme diei seu corporalis mortis finem que cunctis est cer-tissima licet eiusdem hora penitus ignoretur. Ne propter uarios rerum euen-tus. et hominum fragilem memoriam quod racionabiliter actum est malignan-cium calumpniacionibus infici ualeat uel confundi presenti scripto testamentum meum. condo sub hac forma. uidelicet ad honorem omnipotentis dei de cuius largitatis munificencia. me ipsam omnia que habeo. tenere recognosco et ad ho-norem beate uirginis. et omnium sanctorum ac in remisionem (!) peccatorum meorum necnon et dilecti Fratris mei Fulconis et Filij mei karuli. Curiam meam. Moæ. et partem meam quam habeo in Colonia. Honastum. cum domibus. agris. pratis. pascuis. siluis. molendinis. pisearijs. et ceteris pertinencijs intra sepes et extra. longe uel prope positis. Monasterio. Risæbergh. do et trado in perpetuum possidendam Transferens in abbatissam et conuentum eiusdem plenum proprietatis jus et possessionis dominium Memoratam Curiam. Occu-pandi. inhabitandi. vendendi. donandi. Commutandi. et quocumque modo uo-luerint pro suis vsibus ordinandi. ablata michi meisque heredibus omni Fa-

cultate sepedictam Curiam ullo umquam adinuencionis ingenio reuocandi. In Cuius Rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Scriptum Risæberghum anno domini. M^o.CCC^o.IX^o. sequenti die post Epýphanie. presentibus eciam viris fidedignis. uidelicet. domino. thýrgillo. haquino dyækn et quodam armigero domini bernardi. dicto. smýrdh pro eodem testimonio confirmando. Risæberghum eciam eligo sepulturam volens humiliter et omni seruicio instare uenerabilibus dominis et illustribus principibus dominis ducibus ut ipsorum gracia speciali mediante hoc quod per me uiuam datum fuerit post Mortem meam ratum teneri ualeat et haberi.

Sigillet bortfallet; remsan qvar.

1603.

1306 d. 7—12 Jan.

Id.

Drotset AMBJÖRN SIXTENSSONS gåfvobref till sin systerdotter, Fröken Ingrid, på de gods i Åby, hvilka han af Hertigarne Erik och Waldemar erhållit.

A. 6. a.

Omnibus presentes litteras inspecturis ABERNUS SIXTENSON dapifer domini. E. ducis sweorum illustris, salutem in domino sempiternam Tenore presentium Notum facio omnibus euidenter quod bona mea abý dicta. cum omnibus attinencijs sicut ea mihi data sunt per magnificos principes, dominos meos. E. et W. duces sweorum illustres prout in ipsorum litteris patentibus super hoc confectis continetur plenius, Domicelle ingridi filie sororis mee, do et in possessionem corporalem assigno, sibi et suis heredibus pleno jure perpetuo possidenda. In cuius rej testimonium. et euidentiam firmiorem presentes litteras peto sigillis ipsorum dominorum meorum .E. et W. ducum swecie illustrium. vna cum sigillis Nobilium consiliariorum eorundem. et meo, communiri Datum anno domini Millesimo. trescentesimo. nono. apud ecclesiam iid infra octauam epiphanie eiusdem.

Sigillen 1, 2, 3 bortfallna; remsorna qvar. Flera hafva ej blifvit påsatta.

1604.

1309 d. 15 Jan.

Alewath.

Biskop PETERS i Odense skrifvelse till Dekanen Gvido i Lund om lagligheten af de åtgärder, som vidtagits, då han utvaldes till Decanus af Kapitlet i Lund.

B. 1. 148.

Frater PETRUS dei gracia episcopus ottoniensis. Dilecto sibi filio Gwidoni. lundensi decano salutem et sinceram in domino caritatem Nuper nobis per venerabilem in christo patrem ac dominum. Dominum Jsarnum diuina prouidencia lundensem archiepiscopum. swecie primatem. electionis de